

De vi atque usu pronominis ipse.

Credo ego vos, lectores, mirari, quod hanc potissimum commentationem, quae minutius et scrupulosius illum unum tantum grammaticae latinae locum scratetur, cuique nulla cum schola scholaeque rationibus intercedere videatur necessitudo, hisce anni superioris scholasticis actis vobis praemisi, et fortasse quis vestrum me interroget: itane censes, ista esse illa studia, quibus adolescentia alatur puerorumque animi excolantur? Ita vero. Quamquam enim nemo fere sapiens magister tedium disputatione paulo abstrusiore aut recondito ac superbo doctrinae apparatus creet, tamen ex illis studiis ea oriuntur, quae maxime scholae ad commodum suum convertere debent, ut id quod petunt consequantur. His igitur praemissis ad rem propositam accedam. Propositum autem mihi est de pronominis ipse usu, qui apud Curtium invenitur, quam plenissime exponere, et ita quidem, ut omnia, quae existant ejus exempla certo consilio ac ratione usus in unum collegerim atque de dubiis locis, qui hoc pertinent, quid ipse conjicerem, apposuerim. Hanc enim partem totius quaestionis de oratione Curtiana instituendae haud levissimam duxi, praesertim quum inter omnes constet, quam corrupti interpolatique sint omnes nostri illius scriptoris manuscripti libri, ut veram ejus manum, nisi arte critica adhibita rationibusque allatis ex re ipsa profectis, nunquam ex tot mendis erroribusque eruas. Sed ut firmo disceptatio mea superstruatur fundamento, antequam ad singula Curtiana exempla accedo, de universa illius pronominis indole ac potestate paulo copiosius disputandum esse videtur, praesertim quum lexica nostra grammaticique libri, ut fieri solet in hisce rebus, nos destituant neque notione verbi explicata rem ordine aut plene exponant. — Qui paulo diligentius ad originem vocabuli ipse animum attenderit, facile inveniet, illud esse pronomen demonstrativum cum vi qnadam elatum semperque ad antecedentia verba referri, neque etiam, ut pronomen hic, ad sequentia. Conflatum igitur esse ipse ex is et pse, cuius suffixae syllabae similis est ratio ac met, pte, te, quae et ipsae augendae inserviunt potestati vocabulorum ego, tu, suo, sua, meo, tuo, nostra, documento esse possunt illae Plautinae formae eapse, eopse, eumpse, eampse, (cf. Plaut. Truc. 1, 2. 31. Aulul. 5, 1. 7. Cist. 1, 3. 22; 1, 2. 17. Mil. 2, 1. 63. Rud. 2, 3. 80 alibi) quae non simpliciter comparandae sunt cum illis contractis: eccam, eccum, eccos, eccas etc., quippe quae exeant in suas quaque justas terminaciones, non in syllabam terminationi suffixam.

Etiam reapse, quod apud Plautum (Truc. 4, 3, 41. Rud. 1, 3, 2) Lucretium 2, 658. Senecam epist. 108, maxime apud Ciceronem legitur (Rep. 1, 2; 2, 39. Divin. 1, 37. 81. Leg. 3, 8. Finib. 5, 10. Fam. 9, 15) recteque a Festo p. 137 et 230 sic explicatur: „Reapse est re ipsa. Pacuvius in Armorum judicio: Si non est ingratum reapse quod feci bene,“ etiam reapse igitur hoc pertinet, quum litera e elisa ex re et eapse contractum sit. — Porro ipius, quod apud Catonem R. R. 70, 71; Plautum (Cist. 2, 3, 58. Amph. 1, 1, 96; 2, 2, 122. Aul. 2, 6, 7. Bacch. 2, 2, 17; 3, 3, 44. Pseud. 1, 3, 29; 4, 7, 43 etc.) Terentium (Hec. 3, 5, 5. And. 2, 3, 3; 3, 2, 15 et 47) invenitur, Romani similitudine terminationum us, a, um, ducti ex vera analogia finxisse censendi sunt, si quidem vera est Boppii sententia p. 488 sq., 495 sq., 519 sq. docentis, i esse pronominis (er, dieſer) primitivam vocem, et spe esse derivandum ex Sansc. sva, ipsum significante, sv mutatum esse in sp, et sp per metathesin in pse, a quo littera s, signum nominativis sing. gen. masc., eodem modo absit, quo a pron. ó, sa, hic, ille, iste. — Quum autem plura sint quasi elationis atque intentionis genera, quaeri potest, quo ex genere sit ipse; manifestum enim est, in enuntiatis hujuscemodi: Ego reges ejeci, vos tyrannos introducitis etc. (cf. Auct. ad Heren. 4, 53) in quibus et ipsis pronomina cum vi quadam et vocis intentione efferruntur, vocabulum ipse, sententia verborum non mutata, illis neque addi neque ponni posse pro illis. Nam pronomine ipse posito non simpliciter hominibus opponuntur homines, qui omnes idem valent, sed persona aliquius hominis eiusque proprietates, quae ei quasi immanent eumque ab alio, qui non est, distinguunt (die immanente Persönlichkeit vel die Immanenz der Persönlichkeit), cum vi quadam efferruntur, ut simul declaretur, illas esse easdem cum homine et cum eo quidem, quem cogitatione nobis finximus. Hanc meam explicationem veram esse docet etiam nostrae veteris linguae forma: silba (selbst), quae contracta est ex si i. e. a se et ex liba i. e. manens, ut siliba, (silba, selbst) id quod in se manet proprie significet (cf. J. Kehrein gram. germ. 1, 2 p. 134). De origine graeci αὐτός vide Fr. Thiersch gr. gr. Homericae dialecti §. 206, No. 24. — Sic explicari potest, qui factum sit, ut Plantus Trin. 4, 2, 146 superlativo uti ausus sit: Sycoph. Ipsus es? Charm. Ipsus, inquam, Charmides sum. Sycoph: ergo ipsusne es? Charm. ipssimus. — Eodem modo Graeci αὐτότερος, αὐτότατος Aristoph. Plut. 83. cf. Schaeff. ad Greg. Cor. 366 et 896.

Oppositionem disertis verbis exprimi non semper necesse est, neque ea est maxime propria pronominis ipse, quamquam illam notione ejus contineri apertum est. — Distant etiam quadam ex parte significatio pron. ipse a notione pron. idem, quamquam Guil. Bötticher lex Tacit. p. 386 confirmat, idem pro pron. ipse Tacitum posuisse hoc loco: Annal. 14, 24: eodem (duce) plura quam gregario milile tolerante. Nam idem illo loco nullam aliam quam vulgarem significationem habere mihi videtur: zugleich, ebenfalls; cf. Bremi ad Corn. Con. 2, 1. Liv. 1, 14, 7. Quamquam etiam Schaeff. ad Greg. Cor. p. 303 pron. αὐτός nonnunquam apud Graecos epicos etiam sine articulo idem significare docuit. Sed alius usus est Graecis, alius Romanis. — In illo exemplo ex libro ad Her. desumptio oppositio non tam in personis quam in verbis posita est, ut homines inter se oppositi res et ipsas inter se oppositas facere dicantur, quum contra, ubi personae idem facere dicuntur, et ipse Romani usurpaverint. Omnino pronominibus ego-vos etc. inter se oppositis omnes nominatae personae efferruntur, sed ipse posito una tantum opponitur aliis, quae aut prorsus non, aut non aequae efferruntur. — Porro distinctio, quae est in verbis: ego, ego vero, equidem etc., alia est ac quae in pron. ipse; nam in illis vel restringendi vis, vel simplex oppositio inest, sed non ea notio, quam in pron. ipse inesse supra demonstravimus. — Ut autem pron. is non solum de

tertia persona, sed etiam de prima et secunda dicitur, ut etiam persona non solum de hominibus, sed etiam de rebus usurpata est (cf. Sene. Epist. 24: Non hominibus tantum, sed et rebus persona demenda est.) sic usus pron. ipse et ad omnes personas et ad animalia et res notionesque universales translatus est, ut id, quod iis proprium est consentitque cum nostra de iis cogitatione, indicetur idem esse cum iis ipsis, sive oppositione distinet elata, sive non elata. Neque vero haec translatio ea est, qua ex praeceptis artis scriptorum (cf. Quinet. Inst. Orat. 8, 6, 5) nomina aut verba transferuntur ex eo loco, in quo propria sunt, in eum, in quo aut propria desunt, aut translata propriis meliora sunt. Haud enim ignoro, illud Quinetilianum l. l. cantum ostendere et sapientem praeceptorem, quod translationem praeter nomen verbumque docuerit fieri posse nullam, ne quis forte pronomina translata partielasve somniaret. Talem translationem hic non locum habere apparet, sed eam, qua non bestiarum solum, sed etiam inanimatorum rerum et earum, quae sub sensu non cadunt, sed animo tantum et cogitatione formantur et comprehenduntur, proprietates vel opponuntur vel enim vi quadam efferuntur. Ab hominibus transitus ad res inanimas aperte iis in locis cernendus est, ubi res pro personis inductae poetice aliquid agere dicuntur ex gr. Cic. de divinat. 1, 34: At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae, clausae repagulis, subito se ipsae aperuerunt. cf. et Cic. Off. 1, 22. — Sed hic ipse varius usus cum vi quadam effrendae atque distinguendae personae alicius hominis vel rei, ad quam rem exprimendam Romani pronomen ipse usurpabant, maxime proprius est latinae linguae diversusque a nostra lingua, in qua usum pron. ipse non tam late patere, quoniam in illa, vel ex eo intelligi potest, quod ad notionem pron. ipse apte reddendam tam variis multisque verbis nobis utendum est: selbst, persönlich, eigen, gerade, ganz, just, eben, bloß, schön, allein, auch, ebenfalls, von selbst, von freien Stücken, er, sie, es, der, die, das, sogar, an und für sich ic.

Tripartita jam explicatio mea erit, quarum partium in prima usum pron. ipse tractabo, ubi solum nullis aliis nominibus adjectis invenitur, in secunda, ubi alia etiam nomina ei adjacta sunt, in tertia denique, ubi in enuntiatis ex aliis aptis exstat.

I.

1) Ipse (selbst) ea significatione, quam supra exposuimus. Cic. Acad. I, 1, 2 quaere potius, ecquid ipse novi est. I, 1, 3; I, 4; 2, 5, 13, 47, 45; de Amic. 22, 82, 6, 22, 20, 73, 21, 82 etc. Tuscul. I, 17; ad Fam. 3, 1; ad Q. Fratr. 3, 1 pluries. Verr. 5, 62; de Finib. 2, 22, 70; de Orat. I, 24, 111. Quinet. Inst. orat. I, 2, 16; 2, 5, 154 etc. Terent. Andr. I, 1, 124. Liv. 7, 41, 4; I, 54, 1; 21, 63. Seneca epist. 74. Caes. d. b. civil. 2, 27; de b. G. I, 3, 20, 32; 3, 8; 4, 21; 5, 12 Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt. Sic enim legendum esse pro vulgato ipsa, si diligentius in illius loci rationem inquisiveris, facile cognosces.

2) Ipse (persönlich, in eigener Person) ubi quis non per alios homines quid egisse dicitur, sed ipse egisse, adesse, venisse etc., ubi non simpliciter homines hominibus opponuntur, sed aliquis quasi a semetipso distinguatur, ut ipse sine aliis adjumento quid facere dicatur, aut aliis ejus nomine, eo auctore faciat, ex gr. Liv. I, 57; 21, 11. Ovid. Her. I, 2. Cic. Acad. I, 1, 4, 13; 2, 47, 146. Amic. I, 3, 27, 103; de Orat. 2, 18, 75 et 76. Caes. d. b. G. 7, 33; 3, 9; I, 19.

3) Ipse (von selbst, aus eignem Antriebe, von freien Stücken) ubi quis quid non vi aut necessitate coactus facere dicitur, et de rebus significat ex natura rei alicius, plerumque etiam

addito verbo sponte ex gr. Liv. 10, 25, 11 sive ipse sponte sua — sive senatus consulto accitus. cf. Cic. de Div. 1, 44; de Off. 1, 22, 5; de Orat. 1, 24, 111; 2, 18, 74; pro Coelio. 5, 19, 19, 45.

4) **Ipse** (allein, für sich, an und für sich) ubi saepe verbis per se additis, aliquis vel aliqua res ab aliis distinguitur, ut ejus notio simplex ei opponatur, quod non est, vel iis rebus, quae ei vulgo attribuuntur. cf. Quinet. 1, 2, 30: Adde, quod domi ea sola discere potest (puer) quae ipsi praecipientur, in schola, quae etiam aliis, cfet. Cic. de Finib. 3, 1; 2, 23, 75; de Orat. 3, 343, ibid. 5; de Amic. 8, 26; de Leg. 2, 17. Acad. 4, 15.

Liv. 1, 46, 49, 7, 48. Sallust. Jug. 4. — Etiam nomine adjuncto Quinet. 1, 2, 30 licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum est. Sallust. Jug. 14. Cic. de Orat. 2, 76, 307.

5) **Ipse** (er, der) ubi nos haec pronomina accentu notamus et res vel homo, qui scriptoris vel oratoris animo primarius obversatur, distinguitur ab eo, quod ipse non est, ut homo a rebus, servus a domino, discipulus a praceptor, dux vel princeps a sociis aliisque, qui circa eum sunt.

a) Ipse idem quod dominus, herus etc. nulla oppositione indicata, ut eminenti excellendique vis per se ipsa eluceat: cf. Plaut. Cas. 4, 2, 10: ego eo, quo me ipsa (i. e. hera) misit. Quinet. 11, 1, 27. Cic. Nat. Deor. 1, 10. Sic et Graeci: Aristoph. Nub. 718: *Tίς οὐτος;* αὐτός. *Tίς αὐτός;* Σωκράτης. Ἀνοιγέτωτις δώματε, αὐτός ἔσχεται. — Cf. Godof. Hermauni dissertation. de pron. αὐτός Beckii actis seminarii regiis vol. 1, p. 42—76 insertam.

b) Ubi omnino primariam personam, principem, ducem, auctorem notat, ut interdum etiam explicationis causa additum sit. Hujuscemodi exempla creberrima ubique invenies cf. Caes. d. b. G. 1, 10, 21, 22, 24, 26, 51, 52, 54; 2, 1, 5, 25, 35; 3, 11; 4, 11, 13, 23, 36; 5, 1, 2, 8, 9, 11ter, 24, 27, 53 etc. etc. de Helvetiis aliisque, qui scriptori principes obversantur. 1, 28, 36; 2, 23; 3, 2; 4, 11, 12; 5, 20 etc. etc. — Quinet. 2, 6, 155. Cic. de Finib. 2, 26. Liv. 1, 3, 9, 48; 4, 54; 2, 56; 11, 59, 12, 21, 59 etc. etc. Sall. Jug. 8, 9 etc. Cat. 7, 16, 17 etc. Terent. Eun. 3, 4. Imprimis Romanorum proprium est, primariam personam primo loco ponere; qua ex consuetudine etiam tales loci explicandi esse videntur, quales sunt apud Caesarem d. b. G. 5, 22: li quum ad castra venissent, nostri — reduxerunt; cf. et 4, 11; 7, 17, 14.

c) Ubi homines rebus vel animalibus opponuntur; cf. Liv. 3, 70, 7: Magnam vim ex equis praecipitavere, ipsos equosque spiculis confodere. cf. et 1, 48, 7; 30, 25 navis tantum jactura facta, incolumes ipsi evaserunt. Tacit. Germ. c. 2. Virgil Eclog. 1, 10. Cic. Off. 3, 115. Sallust. Cat. 52. Jug. 28. Cornel Dat. 11. Caes. d. b. G. 1, 24; 2, 29; 3, 29; 5, 9, 37; 1, 24; 4, 3: Ubii sunt humaniores, propter ea quod Rhenum attingunt, multumque ad eos mercatores ventitant et ipsi Gallicis sunt moribus adsuefacti. — Hoc loco semper quidem de iis ipsis narratur, sed primo de eorum situ et mercatura, tum de Ubiis ipsis oppositis illis rebus. — Similiter et Graeci dixerunt cf. Herod. 8, 50: ὡγάρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος σιραιός ἄμα Ξέρξη, ἐμπορήσας Θεσπιέωνην πόλιν, αὐτῶν ἐκλειστόποιν ἐς Πελοπόννησον.

d) Etiam hae loquendi formulae: et ipse, nec ipse, etiam ipse, ipse quoque hic pertinent (ebenfalls, auch er) ubi idem verbum etiam ad alium hominem aliamve rem referendum est. Exempla maxime apud posteriores creberrima sunt cf. Liv. 1, 31, 5; 21, 17, 21, 61; 23, 18; 29, 6; 5, 39; 1, 46, 5, 56. I. Eutrop. 4, 5, 7, 14, 8, 7. Quinet. 2, 6, 23; 11, 219; 11, 219; 9, 4, 43. Justin. II, 14. Sallust. Jug. 11. Cic. pro Cael. 20.

6) **Ipse** (er, der, derselbe) ubi accentu non notatum est, sed simpliciter pronominis personalis vel demonstrativi habet cf. Quinet. 21, 2, 1: memoriam quidam naturae modo esse

munus existimaverunt, estque in ea non dubie plurimum, sed ipsa colendo, sicut alia omnia, augetur; cf. et 11, 1, 22 de prima persona. Terent. Eun. 2, 2, 32. Sall. Cat. 7 etc. — De Graecorum usu cf. Herm. I, 1. et de usu nostrorum verborum derselbe, dafelbst sc. J. Kehrein 2, p. 134 sq.

III.

I) Ipse conjunctum cum nominibus substantivis et pron. demonstrativis.

a) His nominibus postpositum aut interpositum, quum pron. is, quod inest in verbo ipse, secundum naturam suam antecedentium rerum summam referat animoque rursus representet, auget demonstrativorum vim, ita ut ad certas res certosque homines, qui animo obversantur, referendum sit atque significet, illos eosdem esse nullosque alios atque eos, de quibus locuti sumus (germanice: eben, gerade, genau; de locis: hart, ganz nahe). Hac in re etiam fieri potest, ut, significative pronominis haud mutata, illae res illique homines praeterea pluribus verbis atque relativis enuntiatis, quae sequuntur, clarius etiam definitur. Quare Hand (pract. Handb. p. 13, 32) et Weissenborn (Gramm. §. 221, A. 9, p. 249), viri doctissimi, longius a vero aberrasse censendi sunt, quorum alter ipse ille scribendum esse confirmat, si explicatio quaedam in sententia relativa expressa subsequatur, alter ille ipse semper selbst jener, ipse ille gerade jener significare dicit. Nostram autem sententiam esse veram, haec docebunt exempla: Liv. 1, 57, 1: Ea ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus tum ipse ditari, tum praeda delinire popularium animos studebat; cf. et Liv. 1, 49, 6; 21, 61; 30, 20. Quint. II, 1, 29. Cic. Tusc. 1, 2, 16, 37; 5, 9; 1, 15; 5, 7; de Orat. 2, 78; 316 et 317; 1, 260; 1, 1, 2, 4; de nat. Deor. 2, 147. Acad. 1, 1, 2; 2, 4; 4, 16; 2, 9, 28; 10, 31; de amic. 1, 3 et 9; 4, 16; 6, 20; 19, 68; 26, 100; de Finib. 3, 18; 2, 23, 75; ad Attic. 2, 1; pro leg. Man. 12. Caes. d. b. G. 5, 33. — Nunc ipsum sine te esse non possum Cic. ad Att. 12, 16; 7, 3; 12, 40. — Etiam demonstrativo omissio ipse interdum hanc significationem retinet cf. Cic. de finib. 1, 5, 13. Caes. d. b. G. 1, 18 (Caesar reperit) ipsum esse Dumnorigem (scil. illum ipsum, quem designari sentiebat).

De temporibus: gerade, genau, ganz: Cic. Brut. 15, 72 et 161 Crassus erat triennio ipso minor quam Antonius; ad Att. 3, 21 Triginta erant dies ipsi, quum has dabam litteras etc. cf. et 4, 1; 5, 11; ad Fam. 2, 8; ad Q. frat. 3, 1. Tuscul. 1, 24; red. Senat. 2; ad Div. 7, 23. Nepos 23, 10.

De locis cf. Liv. 30, 20 multis — in templo ipso foede interfectis. 1, 36, 5; 1, 37, 2 etc.

b) Pronomine ipse illis nominibus praeposito praecipitur animo quod quasi explicatio causa statim subsequitur nomen, et cum vi quadam effertur ipse: er, er selbst, nämlich jener Mensch sc., aut homines vel res opponuntur nostris de iisdem cogitationibus nostraque exspectatio atque opinio, germanice: sogar, selbst; etiam schon, allein, si quid prae ceteris illo pronomine effertur omnibus aliis rebus omissis ex gr. Cic. p. leg. Man. 15 qui ipso nomine ac rumore defenderit. Cornel. Nep. Milt. 8 ipsa consuetudine. Iphicrat. 3: ut ipso adspectu cuivis injiceret admirationem sui, Caes. d. b. G. 4, 33 ipso terrore.

Porro etiam: mit, sammt, zugleich, significat, quem usum mireris a nullo grammatico aut interprete notatum esse, ubi non primaria persona aut res cum vi effertur, sed secundaria quadam, quae illi accedit eamque comitatur, insigniter denotatur. Hujus generis luculentissimum exemplum exstat apud Curt. 3, 6, 3 (Dareo visus est): Alexander subito cum ipso equo oculis esse

subductus: *αὐτῷ (σὺν) ἑττῷ* cf. Hom. Il. 8, 24, 290 etc. Herod. 2, 47; 111, 3, 45. Euripid. Suppl. 929. Plat. Rep. 8, 564 c. K. W. Krüger gr. gr. 2, § 48, 15—19.

Ipse, er selbst, nämlich jener Mensch ic., cf. Liv. 1, 15; 14, 7, 31, 40, 53, 56, 59; 21, 63. Quinet. 2, 6, 155. Cic. de orat. 2, 75, 306, 78, 317, 318, 79, 320; 1, 24; 3, 32; de Finib. 2, 22, 72.

Acad. 1, 4, 15; 11, 39; 2, 6, 16, 18; 9, 27; 10, 31. Epist. 12, 29, pro Cael. 8, 19, 19, 47; de amicit. 1, 4, 17, 62; 19, 67; 21, 76. Caes. d. b. G. 1, 33, 40, 53 bis 2, 13; 5, 40 etc.

Ipse, selbst = erit: Caes. d. b. G. 5, 33, qui in ipso negotio consilium capere coguntur.

Ipse, selbst, sogar: Caes. d. b. G. 1, 17, qui privatim plus possint, quam ipsi magistratus. 3, 18. Liv. 10, 25, 8; 21, 60 etc. Terent. Hec. 4, 4, 49.

c) Exempla hac regula soluta. Quum enim interdum variis de causis ex ipso verborum nexu repetendis fieri possit, ut pronominis ipse vis ac potestas et ad praecedentia et ad sequentia verba pertineat, haud mirum est, ipse partim in una eademque significatione mox praepositorum mox postpositum inveniri, partim loco mutato non etiam significationem mutasse. Huc referenda sunt imprimis exempla, in quibus loca, tempora, numeri vi appositi pron. ipse ita definiuntur, ut ea sola partim cum aliis rebus concurrentia dicantur, partim ab aliis segregentur, ita ut accurasier distinctiorque significatio fiat. De locis: Liv. 21, 62. Corvum in ipso pulvinario consedisse. Caes. d. b. G. 5, 43 ut se sub ipso vallō constipaverant. 58 in ipso fluminis vado. 1, 23 in ipsis fluminis ripis.

De temporibus: Cic. ad Att. proiectus sum ipso illo die. Fam. 2, 8 decem ipsos dies. Q. frat. 3, 2 ipso decimo die. Verr. 2, 9. Tusc. 1, 24.

Ipse, selbst, an und für sich, sogar, postpositum: Cic. finib. 2, 23 verbum ipsum; de amicit. 1, 5 et 23, 86. De orat. 2, 75, 306. Caes. d. b. G. 4, 20 neque iis ipsis quidquam praeter oram notum est.

Ipse, auch er, auch dieser selbst, selbst sogar, postpositum, ubi aliis jam commemoratis postremum etiam unus aut alter cum vi quadam effertur cf. Cic. p. Cael. 20, 47 nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Bajae denique ipsae loquuntur? Acad. 2, 5, 15; 48, 147. Nat. Deor. 1, 93. Quinet. 1, 2.

2) Ipse (selbst) conjunctum cum pron. personalibus

Notum est, quam magna de hac re inter doctos philologos (cf. Ruhnk. ad Terent. Andr. 3, 2 et quos laudat) fuerit dissensio Ernestiumque (Clav. Ciceron.) hanc legem proposuisse, „in oppositionibus requiri obliquum casum pronominis ipse, in ceteris locis rectum.“ Quam regulam non prorsus veram esse multa docent exempla, neque omnia ei contraria ad hanc normam dirigenda corrigendaque esse mihi videntur. Nam, ut de scripturae indole ejusque scriptoris propria taceam, solebant omnino Romani, quum ex nostra lingua indole casum obliquum pron. ipse deberent ponere, hanc consuetudinem praferre, qua non solum pronomen, quod casu obliquo esset, efferrent, verum etiam illud pronomen, quod casu recto esset positum, urgerent. Quare in oppositionibus, ubi quis ex multitudine effertur, ubi quid notabile in homine quodam, de quo sermo instituitur, animadversum, quod aut plerumque aut aliis causis positis alii homini agendum esse censeas, ab illo ipso factum esse dicitur, ut homo ille ipse sibi opponatur et quemque alium ab actione excludat cf. Cic. amicit. 1, 5 quam (disputationem) legens tu te ipse cognoscet; cf. et ibid. 10, 20, 70, 21, 80 et 81. Orat. 52 non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.

Nat. Deor. 9. Epist. 1, 11, 12, 13; 4, 8; ad Q. frat. 1, 1, 2 et 7 de finib. 3, 18 et 19; 2, 20, 23; de off. 1, 38, 32. Tuscul. 1, 83, 34. Acad. 2, 5, 15; in Verr. 1, 6; ad Div. 6, 10; 3, 11; 1, 1; pro Mur. 3, 30. Liv. 3, 56; 1, 60; 2, 12. Sall. Cat. 20. Quinct. 2, 6, 155. Just. 13, 1. Caes. d. b. G. 5, 37; 2, 25. Phaed. 4, 17, 3. Terent. Ad. Prol. 4 etc. etc. Quibus omnibus in locis invenies, ipse postpositum esse pronomini personali; sed sunt etiam alii, in quibus sententia verborum ipsa postulante ille ordo non servatus cernitur cf. Plaut. Men. 2, 2, 35. Terent. Andr. 3, 2. Cic. Acad. 2, 48 quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt, de amicit. 21, 26; ad Div. 4, 5 et 8; 5, 12. Tusc. 5, 12. Sallust. Jug. 6. Caes. d. b. G. 1, 4; 2, 19 et 20 etc. etc. — Contra ipse in casu obliquo eademque ac pron. personal. postum semper fere hoc sequitur cf. Corn. N. Hann. 2. Cic. p. leg. Man. 13. Epist. 9, 14, 3, 7; de finib. 2, 22; 3, 59; 4, 25; de nat. deor. 2, 151; de Orat. 2, 75. Acad. 1, 4, 13; de off. 1, 9, 29, 33; de senect. 2, 4; de amicit. 16, 56 etc. etc. Liv. 1, 53, 11; 7, 40, 16 etc. Quinet. 11, 1, 28 etc. De usu nostrae veteris linguae, Anglicae, Franco-Galicae (de dativo moi même, lui même) vide Grimm 4, p. 360.

3) Ipse conjunctum cum pron. possessivis significat, *eigen*, (Hartmann v. Aue: min selbes lip cf. Grimm l. 1.) ut possessionis personarumque connexus magis spectetur, quam demonstrativi quae in pron. ipse inest vis conspicua sit. Exemplorum autem, quae hoc pertinent, tres statuimus partes, unam eorum, in quibus pronomine ipse non cum possessivo, sed cum persona conjuncto, hanc cum vi quadam elatam possessionemque unam eandemque esse indicatur, ut pron. ipse vis ad possessivum transferenda sit. Hoc genus in iis locis maxime adhibitum videmus, in quibus et possessionis et verbi persona una eademque est cf. Liv. 1, 11, 9; 6, 36; 27, 28. Ovid Met. 8, 877.

Sall. Cat. 23. Jug. 8, 31, necesse est, suomet ipsi more praecipites eant. Cic. de orat. 2, 2, p. Rose Am. 29; de amic. 1, 4 etc. Liv. 24, 38; 2, 9; 8, 25; 1, 54: Apud Livium ipse postpositum, apud Ciceronem praepositum possessivo invenies. — Alteram eorum, in quibus genitivo pron. ipse posito possessionis notio magis angetur cum separata elataque persona illa conjuncta. Hanc dicendi rationem non in iis solum locis usurpatum videmus, ubi possessionis et verbi persona non eadem est, sed etiam in aliis, ubi eadem est cf. Cic. p. Mur. 4 Conjecturam de tuo ipsius studio ceperis etc. Liv. 5, 38, 10, 16, 30, 20. Quinet. 2, 6, 155 etc.

Tertiam eorum, in quibus pron. ipse cum possessivo conjunctum est, ut utriusque idem casus et genus sit ac nominis, ad quod referuntur cf. Cic. Mil. 31: Proinde quasi nostram ipsam mentem videre possimus.

Addendum etiam est, pron. ipse sine possessivo neque reflexive positum interdum, *eigen*, significare cf. Caes. d. b. G. 3, 13: Namque ipsorum (Gallorum) naves ad hunc modum factae erant.

III.

Ipse in enuntiatis obliquis i. e. ex aliis aptis positum saepius pro reflexivo sui, sibi, se adhibitum esse videtur; sed plerumque apud priores quidem scriptores esse tantum videtur. Quum enim pronomini ipse demonstrativi vis subsit, et apud omnes fere scriptores notum sit demonstrativum interdum usurpari pro reflexivo (cf. Interpp. ad Liv. 1, 54, 31, 11, 12), ubi scriptor suam potius narrantis, quam ejus personam respicit, ad quam proprie referendum est pronomen, statuendum est, eodem modo etiam ipse adhibitum esse. Quo in loquendi genere, sive id objectivum sive quod magis placet subjectivum nominatur, motum sermonis originemque ex animo introducti hominis

ad personam de alio judicantis scriptoris transiisse manifestum est, ut saepissime pron. demonst. et modus conjunctivus invicem se tueantur arteque sint inter se conjuncta cf. Interpp. ad Cie. de orat. I. 54. 232. Brut. 2. 6. 9. 36. — Sed apud posteriores haud dubium est, quin ipse simpli- citer positum sit nonnunquam pro reflexivo, nisi quis forte putat, illum modo expositum usum paulatim ita valuisse, ut in consuetudinem posteriorum abierit. Praecepto autem, quod vulgo traditur, pron. ipse in enuntiatis ex aliis aptis ad subjectum primariae sententiae referendum esse, multa repugnant exempla, in quibus pron. ipse ad aliam rem personam relatum videmus. Neque mirum est facileque ex iis, quae supra disserimus, concludi potest, his in enuntiatis etiam cum alia re personave vim potestatemque pron. ipse conjungi posse. Deinde etiam id velim observes, saepe multum de propria vi ac potestate pron. ipse, reflexive positi, detractum esse, praesertim quum saepius solius perspicuitatis causa adhibitum sit. Ad postremum etiam monendum est, ad hoc tertium genus etiam illum pron. ipse usum referendum esse, quo in oratione non obliqua ad subjec- tum primariae sententiae relatum reflexivi locum obtinet cf. Cie. Att. 16; 15 Dolabella rempubli- cam, quantum in ipso fuit, evertit; id. Flacc. 25 ad Q. frat. I, I. Caes. d. b. G. I, 13. 22. 28; 5, 35 etc.

Totius autem hujus generis tres partes constituendae sunt, quarum una comprehendet enun- tiata ex verbis dicendi et sensuum apta, interrogativa, finalia; altera enuntiata interposita aut post- posita aliis, quae et ipsa ex aliis pendent; tertia enuntiata secundaria non eadem ratione, qua modo commemorata, ex aliis apta, sed ita, ut ex animo eorum, de quibus narratur, non ex ipsius scrip- toris profecta sint.

a) Acc. c. Inf. ipse ad subjectum primariae sententiae relatum cf. Plin. H. Nat. 7, 56: Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repartam cf. Senec. Benef. 3, 23. Caes. d. b. G. I, 21 etc.

b) Ad subjectum enuntiati ex alio apti relatum cf. Nepos 23, 8. Caes. d. b. G. I, 19, 40 etc.

c) Nec ad subjectum primariae sententiae nec ad subj. enuntiati ex alio apti relatum cf. Sall. Jug. 8. Caes. d. b. G. I, 18. 40. 44ter. 5, 36. 27 (Ariov. dixit) ipsorum (Romanorum) esse consilium. Quo in loco Romani ipsi cum vi quadam efferuntur, sed 5, 34 (Sallust. Jug. II). illorum esse praedam, quum hic sententia pron. ipse non postulet.

d) In enuntiatis aptis ex aliis, quae et ipsa ex aliis suspensa sunt, ipse relatum ad subj. primariae sententiae cf. Cie. de finib. 3, 19. Caes. d. b. G. I, 3. 34. 39. 44; 2, 3, 4. 31; 4, 11. 13; 5, 5. 27. 52; 3, 2 tum etiam, quod, quum ipsi ex montibus in vallem decurrerent, ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant. Sed in oratione non reflexiva, non in- directa posuit Caes. pron. illi 4, 24: militibus Rom. cum hostibus erat pugnandum, cum illi (host.) — tela conjicerent.

e) In iisdem enunciatis ad neutrum subjectum relatum cf. Caes. d. b. G. I, 14 si Haediis de injuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, satisfaciant, sese (Caes.) cum iis pa- cem facturum.

2) In enuntiatis interrogatiis, finalibus etc. ex aliis aptis ipse ad subjectum primariae sententiae relatum cf. Vellej. I, 11. Alexander a Lysippo impetravit, ut equitum faceret statuas et ipsius quoque iis interponeret. Sall. Jug. 46. Cic. Off. 3, 10. Caes. d. b. G. I, 13. 40. 43.

b) Ad subj. enuntiati ex alio apti relatum cf. Cie. d. Off. 2, 18: Quum ceteri quaere- bant ab Hannibale, quidnam ipse (Han.) de illo philosopho judicaret; cf. et Corn. Nep. Han. 2.

e) In enuntiatis interpositis aut postpositis aliis, quae et ipsa suspensa sunt ex enuntiatis interrog. final. etc. ipse relatum ad subj. primariae sententiae cf. Caes. d. b. G. I, 22. Praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius (Caes.) copiae — visae essent.

3) Ipse in enuntiatis secundariis ex animo eorum, de quibus narratur, aptis ad subj. primariae sententiae relatum cf. Caes. d. b. G. I, 19. Quam ad has suspiciones certissimae res accederent, quod ea omnia non modo injussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis (Caesare et civibus) fecisset.

Hoc jacto fundamento jam accedam ad Curtianum pronominis ipse usum, qui est tam varius tamque ab aliis saepissime diversus, ut vel inde concludas, qualis sit nostri scriptoris cogitandi dicendique ratio cuique aetati ille sit adnumerandus. Quum autem eundem, quem supra, ordinem sequar, tripartito omnino mibi dicendum erit atque eodem modo brevitatis causa mihi etiam atque etiam commendatae coactus sum numeros tantum locorum, non exempla ipsa apponere.

II.

1) Ipse, selbst, alius oppositus (cf. p.) ejusdem personae ac verbi finiti. 3, 5, 13 et 7, 32, 22; 4, 7, 4; 32, 31; 5, 17, 7; 6, 40, 35; 7, 16, 11 et 17; 20, 8, 37, 12; 8, 19, 14; 26, 5, 32, 23, 40, 14, 46, 17 et 27; 9, 11, 2, 14, 7, 21, 21, 26, 26; 10, 6, 43, 30, 6. Saepius Curtius hoc pron. usurpat ad personam, quam quis alloquitur, efferendam (cf. infra p. 25 c, 29 d) 8, 48, 15 ipse dextrum move (= tu vero, oppositus mihi) — 8, 26, 2 non solum ipse audivi, sed etiam ut vos audiretis expressi cf. Mütz. et Zumpt ad h. l., nam alii Codd. habent ipsi. — 10, 4, 23 opes et a majoribus traditas habebat et ipse longa imperii possessione cumulaverat (H. I. Flor. E. F. H. Bern. B. Pal 1 et ipsas, Flor. D. J. Voss. 2 et ipsa exhibit, inanes manifesto corrigendi conatus, nam ipse huic loco solum accommodatum esse vel illi majores oppositi Orsini ipsi satis docent). — Huc pertinet etiam Curtianus pronominis ipse ad subjectum primariae sententiae relati usus, quo in sententiis interpositis illud ponitur Graecorum more eum indicativo finiti verbi, quum tota sententia indirecta atque etiam interposita sic quidem cogitata, sed non expressa sit 5, 19, 22; 7, 10, 36; 8, 14, 10; 9, 30, 3; 10, 9, 14, 29, 21; 9, 14, 2 cepisse sedem, quam ipsi obtinebant. Male faciunt Codd. E. H. Bern. B. qui ipsi omittunt, quod pronomen ab aliis Codd. recte interpositum ex consuetudine Curtii h. l. necessarium esse illa exempla docent.

Porro ipse inservit efferendae personae sine expressa oppositione, atque ejusdem personae ac verbi finiti. 3, 32, 21; 4, 55, 26; 5, 19, 17 et 18, 23, 11, 24, 15; 6, 27, 30, 29, 7; 34, 24; 7, 5, 34, 6, 8, 24, 37; 8, 15, 15; 9, 9, 21; 10, 5, 32, 8, 9, 12, 11, 29, 16; 4, 41, 21 Sisygambis receperat in gremium adutas virgines, magna quidem mutui doloris solatio, sed quibus ipsa deberet esse solatio. Codd. Flor. D F J ipse, quod Modius probare videtur, haud dubie quod, quum antea de mutuo dolore dictum esset, non superesse videbatur nisi regis ipsius persona. Sed de verbi mutuo significatione satis jam expositum est a Mütz. ad h. l. Sisyambi igitur erant solatio illae virgines, quum ipsa illis solatio esse deberet. — 4, 55, 22 nisi quid in vobis, ipse ego majorē mei parte captivus sum. Sic interpretor: Mater mea, filiae, Ochus, duces ab hoste capti sunt, qui quum mei sint meique ipsius quasi partes, sequitur, ut etiam ipse majore quidem parte captivus sim, nisi quid in vobis virium erit, ut mihi meos ex hostium manibus eripiatis. Hinc intelligas, pron. ipse neque otiosum neque male adjectum esse. Sed Mütz. adnotavit, Heinsium sen-

tentiam proposuisse, ex mss. legendum esse: nisi quid in vobis spei est; ego vero nihil ejusmodi ex mss. enotatum inveni. — 5, 26. 2 ea mente, ut regnum ipsi (Narb. et Bess.) occuparent. Inane est quod vulgo edebatur sibi pro ipsi; neque melior est lectio Flor. H. et Bern. B. regnum ipsum seribentium; quum appareat verbo regnum vim addi non necesse fuisse.

— 6, 34. 21. Id si ipse admisit, quo me conferam, milites? Quamvis varia sit edd. et codd. mss. lectio (cf. Foss. Zumpt. Mütz. ad h. l.), tamen illa, quam modo posui, mihi tutissima aptissimaque esse videtur. Nam nexus verborum totaque sententia satis declarat, Alexandrum se nescire dixisse, cui amplius consideret, si etiam Philotas, in quem tanta beneficia contulisset, tanta fuisset perfidia, ut in ipsum gladios acueret. — 6, 34. 22. Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admoxi. Ipsi omnes codd., quod verum esse et ex toto verborum nexus et vel inde intelligitur, quod ne unus quidem librarius in tam levem mutationem ipsum, quod nonnulli editores temere receperunt, aberravit. Nam illo pron. Alexander milites, quos alloquitur, praecepsa cum vi effteri vult; id eum egisse, ut militum animos sibi conciliaret, tota ejus oratione satis confirmatur. Etiam pron. me haud dubie accentu notavit, ut illud idem valeat ac memet, me ipsum. Hanc igitur verborum me ipsi collocationem cave confundas cum eo usu, quo haec pronomina de una eademque persona dicta usurpantur (cf. infra p.). — Jam superest, ut dicatur de pron. ipse alius personae ac finiti verbi, ut alterum etiam pron. subaudiendum sit atque Curtius quasi ad originem pronominis ipse redire videatur; nam nunquam illud alterum pron. addit, nunquam ipse is, ipse hic, ipse ille etc., dicit, atque is ipse etc., aliam habet significationem (cf. infra p.). Haec Curtii proprietas alterius pronominis omittendi etiam ad alias pronominis ipse significationes pertinet. 4, 42. 27. Iudibria, mihi et, ut credo, ipsis (== ipsis iis) quoque omni tristiora supplicio. 3, 4. 10; 4, 36, 8, 38, 19; 5, 1. 4, 23, 11; 6, 38, 16; 8, 14, 8, 21, 5, 43, 15, 50, 30, 51, 45; 9, 27, 7, 42, 26, 40, 16; 10, 4, 24, 16, 11, 19, 5, 20, 16, 22, 5, 26, 7, 25, 6, 31, 11. — 4, 41. 24. Semel omnino eam (uxorem Darei) viderat (Alex), quo die capta est, nec ut ipsam (== ipsam eam), sed ut Darei matrem videret. Subaudiendum est: venerat, cf. 3, 31, 15. Plutarch. de curios. 21 narrat, Alexandrum noluisse in suum conspectum venisse Darei uxorem, quia formosissima diceretur, sed ad matrem ejus accessisse.

2) ipse, persönlich, in eigner Person, für seine Person (cf. supra p. 7) 3, 4, 1, 21, 17; 4, 23, 13, 27, 16, 28, 23, 48, 12, 63, 28; 5, 3, 19, 9, 20, 21, 14; 6, 38, 16 (44, 34); 8, 34, 1, 39, 8, 47, 1; 10, 5, 34 et 37.

3) ipse, von selbst, von freien Stücken (cf. supra p.) == ulro, non jussus 4, 49, 20; 5, 19, 19 et 22.

4) ipse, allein, an und für sich (cf. supra p.) 6, 3, 19; 7, 21, 13; 8, 3, 25; 9, 41, 17. — Etiam cum nominibus conjunctum ipse in tribus exemplis hanc significationem retinet 5, 2, 13. Ipsi omnes (i. e. omissis regionibus, quae circa eos sunt quaque modo descriptae erant) 5, 4, 24; 7, 18, 31.

5) ipse, er, der ic. accentu notatum (cf. sup. p. 8 sqq.). a) Ubi primariam personam, principem, ducem aliis comitibus etc. oppositum significat. — De Alexandro 3, 2, 24, 21, 22 et 24, 27, 9, 31, 16; 4, 3, 15, 11, 1, 19, 10, 27, 18, 29, 3, 46, 23, 51, 35; 5, 1, 4, 3, 23, 10, 7, 12, 16, 15, 17 et 21, 21, 12, 36, 10, 37, 19; 6, 10, 3, 22, 19 et 25; 7, 11, 3, 20, 1, 23, 31, 27, 16, 29, 6, 37, 14, 38, 20; 8, 1, 1, 7, 14, 37, 22, 41, 2; 9, 4, 19, 14, 8, 38, 2, 41, 20, 42, 26; 10, 3, 17. — 7, 19, 40. Ipse (non expressa oppositione) Bessum persequens copias movit; cf. et 6, 5, 6 et infra p. 27. — De Dareo 3, 7, 15; 4, 48, 12, 56, 3, 61, 9. — De

Patrone aliisque 5, 30, 2; 3, 9, 5; 6, 19, 26, 33, 11; 7, 32, 35; 8, 44, 7, 38, 35, 39, 4, 42, 8. — Omnino de dueibus non nominatis, sed militibus oppositis 6, 22, 24. In hoc multitudinem imbellem considere jubent: ipsi obmoluntur. 3, 26, 4. Jamque ipsi in medium Persarum undique circumfusi egregie tuebantur. Qui locus, quum lacunosum eum aut corruptum esse demonstrari non possit, magis explicandus quam corrigendus esse videtur. Nam immisi, illati, inventi etc. tale participium, sive negligentius sive parum simpliciter nimisque affectate Curtius id omisit, subaudiendum quidem, neque tamen statim interponendum est. Tuebantur (sic hielten f. h.) quod Zumptius affirmat ab omnibus codd. mss. praeberi pro vulgato se tuebantur, haud rejiciendum est, quamquam mihi quidem alterum hujus generis exemplum non est notum, nisi quod Caesaris locus (d. b. c. 3, 111; omnes naves incendit, quod tam late tueri non poterat) ad similitudinem illius proprius accedit. Ipsi igitur retinendum est; nam ut hoc pronomine totum a partibus distinguitur (cf. et *αὐτὸς* apud Hom. Il. 7, 47.) sic etiam pars, quae alio mittitur, a parte, quacum una est princeps (Alex.)

b) Ubi personas significat oppositas bestiis et rebus 3, 1, 6 Alex. arcem oppugnare adortus caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, ni dederent (arcem), ipsos (incolas arei oppositos) ultima esse passuros (cf. et p. 14 c et 19 d). 4, 26, 11; 6, 44, 34; 7, 23, 32; 8, 14, 5, 48, 13; 9, 28, 13, 33, 28; 10, 15, 8, 16, 11, 11, 3.

Contra bestiae hominibus oppositae significantur 8, 48, 16 deturbate eos, qui vehuntur, et ipsas (bestias) confodite, cf. et 4, 1, 4.

c) Et ipse, ipse quoque etc., auch, gleichfalls (cf. p. 4) 3, 8, 24, 24, 9, 34, 10; 4, 7, 6, 18, 7; 5, 13, 8; 6, 43, 31 (cf. Mütz. ad h. 1); 5, 22, 3 et 4; 6, 5, 7, 20, 8, 40, 31; 7, 6, 8, 10, 35; 8, 42, 8; 9, 15, 11, 31, 11, 40, 15 (ubi pro et ipsis omnes Codd. corrupte et (alii etiam) ipsius scribunt 7, 19, 36 (cf. Zumpt et Mütz ad h. 1); 8, 4, 28. — Et ipse non idem valent ac idem; locus enim ille 6, 5, 7 (propinquus hic Darei fuerat, magni et ipse exercitus praetor) ubi pronomini ipse ea significatio subesse videtur, manifesto ita explicandus est, ut et Hystaspes censendus sit et Ochus magnum exercitum habuisse. Si Curtius hunc locum aliter intelligi voluisse, haud dubie verba et idem posuisse, ut 3, 10, 7 et 9; 4, 2, 7; 8, 46, 17, 51, 46; 9, 10, 27, 32, 16; 10, 28, 7. — Supersunt etiam aliquot loci, in quibus quamquam et particula omissa solum pron. ipse ad significationem verborum et ipse proprius accedit; nam accuratius Curtii libros perlegentem effugere non potest, illud pron. solum etiam ibi potissimum usurpari, ubi quid praeter notionem jam commemoratam etiam ad aliam referendum sit cf. 4, 55, 22; 6, 40, 31; 7, 24, 43; 8, 26, 5, 50, 31. Neque dubito, his exemplis etiam illum locum 5, 1, 2 adnumerare cf. et 4, 48, 14.

6) Ipse, er, dcr ic., ubi pro solo demonstrativo positum esse videtur. Attamen Curtius rem etiam aliter cogitasse censendus est atque ita pron. ipse usurpare, ut ad personam vel rem, quae animo narrantis imprimis obversatur, referretur, aut ad primarium totius sententiae subjectum, ut vere directum reflexivum nominare possit, aut ad personam, quam quis alloquitur, vel ad quam quis orationem deferri vult, unde illa e cetera multitudine praecipue efferretur, aut denique ad ambiguitatem evitandam. a) 3, 34, 7; 4, 13, 12, 34, 14, 59, 28; 6, 42, 20; 10, 21, 24, 24, 16 et 18. — 6, 4, 6 vulgo editur: rex ipse conspexit. Quamquam nulla varietas e codd. mss. enotata est, tamen recte Mütz. conjectisse, verbum rex inter glossemata esse referendum, censendus est. Nam nulla prorsus causa excogitari potest, cur verbo rex tanta addenda sit vis, quare illud

omittendum esse censeo atque ipse, nulla in oppositione positum, idem valere ac solum pronosticatum. — b) 4, 13, 18 sub ipsa (alii scripserunt male; sub ipso, vide sis adnott. Mütz. et Zumpt. ad h. l.) 4, 3, 17; 8, 4, 28, 6, 8, 16, 22, 17, 2, 23, 20, 43, 16; 9, 19, 8, 27, 4, 17, 25; 10, 26, 13. — c) 3, 1, 6 et 7, 19, 3 et 6, 25, 7, 30, 12; 4, 7, 6, 26, 6, 42, 30, 46, 16, 51, 33, 52, 6, 5, 11, 12, 14, 10 et 16; 7, 19, 30, 25, 9, 26, 21; 7, 24, 39; 8, 26, 4, 48, 15; 9, 16, 21, 14, 6; 3, 25, 8. Quum (Alex) adierat Graecos, admonebat, ab his gentibus illata Graeciae bella, Darei prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsos terramque poscentium. (Ipsos quod omnes habent Codd. praeter Flor. A B et Modii Sigeb. aquam ipsam praebentes, et ad codicum auctoritatem et ad verborum sententiam preeferendum esse videtur. Nam quamvis bonus subsit sensus verbis: aquam ipsam, tamen ille mihi potius verbo populantium, quae est non nullorum codd. lectio, quam poscentium accommodatus esse videtur. Sed Alexander ad Graecorum militum animos confirmandos eorumque iram angendam maxime id egit, ut eos ipsos fuisse demonstraret, qui omnibus contumeliis a Persis vexati essent. Praeterea usus Curtii illis exemplis confirmatus omni ratione ipsos tuetur. — d) 5, 23, 11; 4, 32, 31; 7, 21, 13; 10, 18, 33 (cf. infra p.).

III.

I. a) Is ipse etc., gerade, eben (cf. supra p. 5 sq.) id ipsum 3, 14, 3; 4, 41, 19, 5, 30, 2; 8, 2, 16; ea ipsa (Plur.) 5, 12, 20, 6, 2, 15; ob hoc ipsum 4, 12, 3, 27, 11 (cf. Zumpt. ad h. l.) ob id ipsum 4, 41, 22, 52, 3, 62, 23; 7, 6, 2; ob haec ipsa 4, 42, 31; eam ipsam 4, 1, 4, 18, 8; 10, 23, 13; ea ipsa res 3, 30, 10; 4, 49, 13; 9, 29, 20; illam ipsam fortunam 3, 21, 20; haec ipsa insectatio 4, 10, 20; cum ipsum collem 4, 46, 19; id ipsum iter 5, 14, 16; haec ipsa alimenta 7, 17, 25; in eam ipsam noctem 8, 23, 23. — Cum substantivis igitur conjunctum semper ipse a Curtio interpositum esse observamus, ut vel inde et ex ipso verborum sensu intelligas, hos quatuor locos 5, 22, 7 regem ipsum; 6, 39, 20 Cebalinus ipse; 7, 40, 14 rexque ipse; 10, 23, 12 poenitentiae ipsius; in numerum illorum exemplorum non referendos esse, sed potius eorum, quae supra p. 11 sq. posuimus. — 4, 5, 30 ad cuius famam Aegyptii ex suis cuique vicis urbibusque ad hoc ipsum concurrunt ad delenda praesidia Persarum. „Sic,, ad h. ips. „vulgo edebatur, sed ad ignorant omnes mss. praeter Flor. S. qui ad hunc ipsum exhibet, Voss 2 quod hoc ipsum. Hoe ipsum, quod Zumptio placuit interpretanti, hoc ipsum fuisse, quod Amyntas fore preeadixisset, comparantique Graecorum consuetudinem verba ιοντες εζειρο extra ordinem adjiciendi, recipi non potest, quum Amyntas hoc ipsum non preeadixisset et alias usus illorum Graecorum verborum sit (cf. exempla apud K. W. Krüger gr. gr. 2, d. 133 A. 11), qui num unquam in Romanum sermonem sit receptus merito dubitari potest. Neque etiam H. E. Fossii (Quaest. Curt.) ratio: ad hoc oppidum, scribentis probanda est, quum ipsa repetitio nominis Memphis paulo ante nominati molesta sit, neque Memphis solum, sed etiam alia loca praesidiis persicis firmata esse sciamus ex Herod. 2, 30. Sed jam Mütz. mihi recte conjectisse videtur, illa verba ex quodam adverbio a scribis corrupta esse, quare, quum Curt. 4, 29, 1 a factis Agyptiis receptum esse Amyntam narret, ego quidem adverbium vel alacriter (sua sponte) vel propere (obviam) illis substituendum esse censeo. — 4, 42, 31 ob haec ipsa amantis animus,, Alii ipse aut ipsi; sed utrumque esse mendosum sententia nexusque verborum facile probat. Nam quod quis non suspicetur, ipsa mansuetudo et continentia Alexandri causa lamentationis Dareo fuit. —

5, 11, 14. Sisygambis Alexandrum ita deprecata est, ut id ipsum (Sisyg.) excusaret, quod deprecaretur.¹¹ Id ipsum solam esse veram lectionem ex sententia totius enuntiati intelligitur et ex eo, quod Sisyg. paulo post addidit: petere se; ut illis quoque, si minus, sibi ignosceret. Quare initium litterarum statuendum est demum inde a verbis: petere se etc., non jam inde; ut ipsam excusaret (sic enim vulgo editur pro id ipsum) qua ex sententia particulae ut — ita plane otiosae essent. — Sunt etiam aliquot loci, in quibus ipse solum positum proxime accedat ad significationem verborum is ipse cf. 3, 5, 18, 14, 2, 4, 23, 16. Quominus alios etiam locos huc referamus et consensus omnium codd. mss. et ea ratio nos prohibet. Curtio non nostram cogitandi rationem obtundendam esse. — ipse de locis ac temporibus gerade eben, apud Curtium semper substantivis praeponitur cf. 3, 27, 8; 4, 9, 13, 13, 12, 27, 19, 63, 28, 6, 9, 17, 10, 4; 7, 35, 29, 40, 14, 43, 28; 8, 35, 7. — 4, 31, 22, 39, 2; 5, 21, 12; 6, 18, 23, 40, 33; 7, 13, 13, 20, 5; 8, 49, 29.

b) Ipse praepositum, selbst, sogar, (cf. sup. p. 5) apud Curtium cum substantivis tantum compositum invenitur 3, 6, 1, 12, 7, 16, 17, 22, 25, 23, 4; 4, 5, 33, 16, 25, 17, 3, 26, 11, 27, 19, 28, 23, 31, 22, 33, 1, 38, 17, 43, 9, 48, 14, 59, 28, 5, 4, 28, 5, 34, 14, 14, 15, 20, 20, 4; 6, 2, 12, 7, 4, 44, 37, 7, 1, 3, 8, 25, 12, 5, 23, 35, 27, 22, 36, 5, 37, 11, 39, 3, 8, 1, 9, 2, 14, 9, 28, 24, 30, 28, 15, 40, 10, 46, 41, 48, 12 et 13, 50, 38; 9, 5, 27, 15, 11, 32, 19, 39, 7, 40, 9; 10, 17, 23, 29, 17. — 4, 32, 28 ut ipsi victores regem divino honore colerent. „Haec verba aut omnino omissa sunt ab aliis, aut ab aliis: victorem regem“ scribitur; sed Zumpt, affirmavit, in quibus libris mss. illa verba adessent, non victorem, sed victores legi; quae res mihi adhuc ab omnibus nimis neglecta esse videtur. Nam amici quaesiverunt, an suum regem, non regem suum div. hon. colerent; ad haec vates respondit, etiam ipsis victoribus (i. e. amicis aliquis circa regem) non solum victis divino honore regem esse colendum. Etiam conjunctionem ut, quae verbum acceptum sequitur, multis similibus exemplis ex optimis latinitatis auctoribus desumptis tueri possit cf. Zumpt gr. lat. §. 623. — 6, 26, 17 Placet, ipsum (Nicomach.) subsistere in tabernaculo. Ipse Cebalinus ante vestibulum regiae — consistit., Verba: ipse Cebal.,, habent sane, quod offendat, quum non appareat, cur hic nomini Cebal. tanta vis addita sit; nam initio pron. ipsum recte ponitur ad primariam personam Nicomachi opponendam fratri Cebal.; sed statim etiam frater illi sine ulla causa opponitur atque pronomine ipse insignitur. Nullo alio exemplo talis pron. ipse usus confirmari potest. Quare, quamquam nulla varietas e codd. mss. enotata est, tamen aut illud ipse Curtium non scripsisse conjicio aut ante verba: ipse Ceb. lacunam esse statuendam, ut librarii vel pleniorum consilii expositionem (cf. c. 38, 16) vel quedam de amicis ex prima cohorte, vel alia quedam omiserint, quibus nomen Ceb. commode opponi possit. — Ipse cum substantivis, praepositum: schon, bloß: 3, 15, 9, 27, 14; 6, 24, 34; 7, 2, 14 (10, 23, 15).

Ipse cum substantivis, praepositum; mit, sammt, zugleich: 3, 6, 3; 7, 20, 5 (cf. supra p. 5 sq.)

2) Ipse, selbst, coniunctum cum pron. personalibus (cf. supra p. 6 sq.). a) In uno eodemque casu apud Curtium ubique fere suffixo met auctum invenitur cf. 3, 2, 15; 4, 2, 13, 11, 22, 38, 19; 5, 20, 7, 34, 14; 6, 15, 9 (cf. Z. et M. ad h. l.), 37, 7, 34, 22, 44, 35 et 37; 7, 2, 14 et 16, 5, 32, 6, 7, 31, 25 (cf. Z. et M. ad h. l.), 30, 15, 23, 31, 42, 18; 8, 5, 39, 18, 12, 40, 12; 9, 24, 14, 28, 13, 33, 28; 10, 5, 42, 15, 8, 23, 10. — b) Ipse alio casu ac pron. personale cf. 4, 12, 14 quum — semet ipsi immitterent (nec audiendi sunt codd. Pal. I Flor. D ipsos scribentes) 4, 37, 3 et 4; 9, 9, 21; 19, 2.

3) Ipse cum pron. possessivis (sein, ihr eigen) (cf. supra p. 5 sq.) conjunctum apud Curtium invenitur nunquam, semel tantum 10, 11, 3 propria adjectit; sed satis ei est ad illam notationem exprimendam ubique solum genitivum pronominis ipse posuisse; neque etiam aliud pronomen, quamquam saepius subaudiendum est, huic genitivo adjectum invenies, nam ipsius ejus etc. etc. abhorrent ab usu Curtiano, et ejus ipsius etc. etc. aliam significationem habent (cf. supra p. 14).
 a) Ipsius, ipso(a)rum in oratione obliqua reflexive usurpatum cf. 5, 29, 11; 7, 27, 17; 4, 1, 3; 8, 9, 32 bis. 23, 23; 9, 22, 25; 10, 27, 14. — 7, 13, 16 orantes, ut corporibus ipsorum parceretur. Non audiendi sunt codd. Flor. D F J eorum scribentes; etiam si enim negari non possit, hunc usum etiam apud Curtium inveniri (cf. Z. et Mütz. ad 6, 41) tamen hoc loco maiorem melioremque Codd. partem sequendum esse censeo. — b) In orat. indirecta liberiore usu usurpatum reflexive cf. 8, 22, 15; 10, 3, 20. — c) In orat. directa reflexive usurpatum cf. 5, 16, 33; 6, 34, 17; 8, 6, 11; 9, 27, 3, 29, 20. — 7, 8, 19. Priusquam ipsius nuntiare tur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit., Pro ipsius exhibent codd. Leid. Voss. I, 2. Pal 1. Bern. A. Flor. A B C D F ipsi; sed ipsius adventum appetet Polydamantis esse, quare dativus ipsi plane ineptus huic loco est. — d) Non reflexive usurpatum, sed ad personam remane relatum, quae narrantis animo maxime gravis obversatur, aut quam quis alloquitur cf. 7, 25, 6; 9, 12, 11; 3, 13, 15 (cf. Mütz. ad h. l.) 3, 25, 5 et 7; 5, 27, 12; 6, 6, 21; 7, 9, 31. — 3, 30, 5; 4, 23, 13 et 16; 5, 14, 12; 6, 4, 4, 7, 8, 35, 29 (cf. Mütz. et Z. ad h. l.); 8, 16, 23, 22, 14, 24, 2, 43, 17, 47, 2, 26, 8, 43, 18; 10, 4, 25, 8, 9, 11, 3.

III.

Ipse pro sibi, se usurpatum atque ad primarium subjectum relatum. Creberissima sunt hujus generis exempla, quum ex Curtii et cogitandi et loquendi ratione ea persona, ad quam sermo dirigitur sive propriam sive aliam, pronomine ipse exprimi soleat. Etiam hic ipsum etc. pro se ipsum etc. saepissime usurpatum invenies. Ut autem supra quaeri poterat, quale esset discrimen inter eum et ipsum, sic hic, quale sit inter se et ipsum; nam saepius se etc. positum repertus, ubi ad ambiguitatem evitandam ipsum exspectes cf. 4, 2, 8, 21, 1, Sall. Cat. 14, 21. Sed consideranti ex gr. hos duos locos 8, 15, 14 inter se colloquentibus similes. 8, 46, 24 ut vix colloquentium inter ipsos facies noscarentur — facile apparebit, quam commoti animi verba posterioris exempli sint atque quam graviter verba inter ipsos elata.

1) In sententiis primariis ex aliis aptis a) in construct. Acc. c. Inf.

a) Pro solo pron. se, quamquam majus quid subesse jam supra vidimus vel propriam Curtii cogitandi dicendique rationem, vel animi affectionem (cf. 8, 17, 6) vel ambiguitatis evitandae causam: 3, 17, 9, 19, 11; 4, 5, 28; 5, 15, 19, 36, 9; 6, 20, 3 (cf. Z. et Mütz. ad h. l.), 21, 10; 7, 2, 16, 21, 13, 22, 26, 26, 15, 27, 18, 30, 9, 33, 8, 39, 4; 8, 6, 7; 17, 6, 34, 1; 9, 40, 14, 41, 19; 10, 8, 10, 24, 21. — 3, 11, 14 moniti, non iter ipsos inire, sed proelium (alii Codd. ipsum, ad iter relatum, alii inter ipsos, sed inepte). — 3, 13, 15 inexperta remedia ipsis esse suspecta (ipsi Flor. G., sed verba: pro se quisque precari coepere,, antecedunt; illis Flor. B. ex mala correctione). — 4, 7, 3 (Alex. dixit) Macedonum reges credere, ab illo deo ipsos genus ducere (Flor. G. ab illo deo ipso, sed perverse, quum nulla subsit causa, cur Herculem ipsum cum vi quadam efferendum esse dicas, neque etiam se Curtius posuit, haud dubie, ut ambiguitatem evi-

taret) 5, 35, 5 omnes conelamant, paratos ipsos sequi (Modius scripsit: ipsum sequi, ad Alexandrum referendum, quod quum ab usn. Curtiano minime abhorreat (cf. exempla supra p. 14 c. et 16 d apposita) tamen hic consensum omnium codd. ipsos exhibentium praeferendum esse censeo.

β) Pro se accentu notato, quod esse vel ordo verborum indicat: 3, 19, 7; 4, 21, 8, 44, 24, 6, 6, 17, 28, 33, 41, 7; 8, 15, 18; 9, 1, 8, 4, 20, 16, 18, 34, 3 et 6; 10, 16, 13.

γ) Pro se ipsum etc.: 3, 12, 6, 31, 15; 7, 25, 6; 8, 4, 37, 39, 5; 9, 36, 21.

b) In sententiis finalibus, interrogativis etc. cum conjunctivo verbi finiti: 3, 30, 11; 4, 55, 23, 60, 2; 5, 19, 21, 29, 11; 6, 19, 31, 43, 32; 7, 9, 30; 8, 40, 12, 41, 21; 9, 19, 1. — 5, 30, 4 Dareus percontari jubet, numquid ipsi velit dicere. (In vulgato ipse sensus quidem inest, quum saepissime Curtium hoc pron. de iis usurpare, quos quis alloquatur vel allocuturus sit, jam supra exposuerimus; sed meliorem sensum huic loco accommodatiorem in scriptura codd. Flor. D E F H I. Pal 1 ipsi scribentium inesse vel ex eo intelligitur, quod statim Petron respondit.)

2) In sententiis interpositis ex aliis aptis a) casus obliqui. pron. ipse: 5, 21, 13, 26, 2; 6, 14, 5, 15, 6; 7, 19, 39, 23, 29, 39, 8; 8, 12, 10; 10, 1, 7; 16, 17, 17, 22. — 3, 1, 8 sexaginta dierum inducias pacti, ut, nisi intra eos auxilium Dareus ipsis misisset, dederent urbem Zumpt. ipse; sed ad sententiam et ad Codd. auctoritatem (codd. A, C. alii deterioris notae exhibent ipse) rejicienda est illa lectio; nam sensus hujus loci, consuetudo Curtii, aliorum codd. auctoritas postulat, ut ipsis retineamus. — 3, 33, 3 ut Alex. aliquem mitteret cum manu exigua, cumque rex tenens ipsum (aut eum) reliquisset. Sic manifesto corrupta omnes codd. mss. habent; sed Zumpt. correxit: cui tradiceret, quaecumque rex penes ipsum reliquisset., Quae correctio, quamquam mihi non omnibus rationibus probata, neque proxime ad verba, qualia in codd. exstant, accedit, tamen, quum melior adhuc occurrerit nulla, in praesens retinenda esse videtur. — b) Casus rectus pron. ipse, ut is in his exemplis pro nominativo reflexivi pronominis recte haberri possit. (De pron. ipse in sententiis interpositis cum indicativo verbi finiti jam supra p. 9 exposuimus.) 4, 28, 29 gloriante rege, Achillem, a quo genus ipse deduceret, imitatum se esse. 3, 6, 3; 4, 35, 2, 52, 6; 5, 14, 12, 26, 2; 6, 15, 8, 22, 20; 7, 2, 15, 20, 8, 25, 8; 8, 3, 25, 51, 46; 9, 29, 16, 33, 25, 41, 17; 10, 4, 27, 17, 23, 28, 8. — 8, 16, 26 Achillem quoque, a quo genus ipse deduceret, cum captiva coisse (ipse, quod codd. Flor. E H. Bern. B. omittant, Curtiano sermoni convenienter a ceteris omnibus codd. recte retinetur. Nam et iisdem verbis Curtius 4, 28, 29 usus est et alias, ubi oratio ad personam loquentis reflectitur, pron. ipse usurpat). 8, 51, 43 rursus interrogatus, quid ipse victorem statuere debere censeret. (Plerique codd. recte ipse exhibent; sed Flor. E H. Bern. B. habent in se, quae mutatio mihi non scripturae mendum, sed interpretatione vel correctio, minime probanda, esse videtur.)

3) Ipse participio appositum et ad primarium subjectum et ad subjectum interpositae sententiae, in qua ipsum est, relatum 4, 5, 27, 41, 22; 6, 14, 5, 30, 11, 31, 16; 7, 6, 5, 41, 6, 42, 18; 8, 6, 11, 46, 20 et 24. — 4, 33, 8; 8, 12, 14; 10, 23, 14. Huc etiam ii referendi sunt loci, in quibus verba „inter ipsos“ pro inter se usurpata inveniuntur, comparandique sunt cum Graecorum usu, quo pluralia reflexivorum pron. etiam pro *ἄλληλων* ponuntur cf. K. W. Krüger gr. gr. Synt. §. 51, 2 Not. 16 (p. 126) cf. Curt. (3, 16, 19); 4, 38, 19; 7, 28, 26; 8, 22, 12 (46, 24); 9, 17, 25.

4) Denique jam superest, ut de quodam orationis obliquae pronominisque ipse liberiore usu Curtii proprio dicatur, quo illa quasi suspensa inter directam et indirectam atque hoc inter-

reflexivum et non reflexivum saepius fluctuat. Id quod tum imprimis esse cognoscas, quum Curtius commotior sententias moresque enarrans mente sua in ejus, de quo dicit, animum penetrat aut inde partim auctor ipse directe, partim per eum alter, de quo narrat, indirecete loqui videatur cf. 3, 6, 3, 16, 19; 4, 32, 31, 49, 18; 5, 23, 11; 6, 26, 16; 7, 20, 8, 22, 15; 10, 18, 13. Negari quidem non potest, Curtium etiam ideo pron. ipse posuisse, quod pronomina se vel eum etc. nimis ambigua fuissent faciliusque ad aliam etiam personam referri potuissent cf. 4, 32, 31, 7, 3; 5, 23, 11; 7, 21, 13; 8, 12, 14, 17, 6; 10, 3, 20, 18, 33; 23, 14.

Bredow.

* China became dictatorial after the Cultural Revolution, which was aimed at consolidating the power of the Chinese Communist Party.